

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Mercacio i
cum fontibus proximo et primis

Sordidum est eorum officium,
qui emunt a mercatoribus quod statim uendant.
Nil enim proficiunt, nisi quemadmodum menciantur.

Sordidum est eorum officium
qui emunt a mercatoribus quod statim uendant.
Nichil enim proficiunt nisi admodum mentiantur,
nec uero est quicquam turpius uanitate.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.D.1 (J. Holmberg ed., p.47, ll.18-19).

Agricultura enim nil melius, nil uberius,
nil in homine libero dignius.

Agricultura nichil melius, nichil uberius,
nichil homine libero dignius.

Hanc laudat Oracius:
beatus ille qui procul negociis,
ut prisca gens mortalium,
paterna rura bobus exercet suis,
solutus omni fenore.

Hanc laudat poeta his uerbis:
Beatus ille qui procul negociis,
ut prisca gens mortalium,
paterna rura bobus exercet suis,
solutus omni fenore.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.D.1 (J. Holmberg ed., p.48, ll.6-12).

Tullius.

Sordidi etiam putandi
qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant;
nihil enim proficiant nisi admodum mentiantur;
nec uero est quicquam turpius uanitate.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.42.150
(M. Winterbottom ed., p.63, ll.3-6).

Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur
nihil est agri cultura melius, nichil uberius,
nihil dulcius, nichil homine [nihil] libero dignius.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.42.151
(M. Winterbottom ed., p.63, ll.21-23).

Beatus ille qui procul negociis,
/ ut prisca gens mortalium,
/ paterna rura bobus exercet suis
/ solutus omni faenore,
/ neque excitatur classico miles truci
/ neque horret iratum mare
/ forumque vitat et superba civium
/ potentiorum limina.

Quintus Horatius Flaccus, *Epodi*, 2 (F. Klingner ed., pp.137-8, ll.1-8).